



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

69. De eucharistia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

in fabricis ipsius Ecclesiæ sit impendenda. Admonendus est etiam populus ut aliquid in donariis Domini offerat, sicut ipse antiquus populus sub Moysè in tabernaculo Domini fecisse legitur. Si quis autem tam pauperrimus est, saltim vel stanneum calicem habeat. De ære autem aut ex auricalco non fiat calix; quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum provocat. Nullus autem in ligneo calice præsumat cantare.

De corporali dominico. *Ex Concilio quo suprà.*

LXVIII. Corporale super quo sacra ob- Burchard. lib.
latio immolatur, ex mundissimo & purissimo
linteo sit; nec in eo alterius generis materia
pretiosior aut vilior misceatur: quia dominum
corpus in sepulcro, non in holosericis,
sed tantum in sindone munda fuit involutum.
Corporale nunquam super altare remaneat;
sed aut in Sacramentorum libro ponatur, aut
cum calice & patena in mundissimo loco re-
condatur. Et quando abluitur à Sacerdote,
Diacono, vel Subdiacono, primò in Ecclesia
in loco & vase ad hoc præparato abluatur, eò
quod ex dominico corpore & sanguine infe-
ctum sit. Post hæc à lavandario in nitido loco
* paretur.

* Editio Hel-
mestad. repo-
natur.

De eucharistia. *Ex Capitulis synodalibus,*
cap. CLV.

LXIX. Ut Presbyter semper echari- Lib. 1. Capi-
stiam habeat paratam; ut quando quis infir- tular. c. 161.
maverit, aut paryulus infirmus fuerit, statim Capitula
Vvalterij Au-
rel. c. 7.

58 R E G I N O N I S L I B . I.

Burchard. lib. eum communicet, ne sine communione moriatur.
§. c. 10.

De eadem re. *Ex Concilio Turonensi.*

Burchard. lib. L X X . Ut omnis Presbyter habeat pyxidem , aut vas tanto sacramento dignum , ubi corpus dominicum diligenter recondatur ad viaticum recendentibus à seculo. quæ sacra oblationis intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter Presbyter possit dicere infirmo : *Corpus & sanguis Domini proficiat tibi &c.* Semperque sit super altare observatum propter mures & nefarios homines; & de tertio in tertium diem semper mutetur , id est , illa à Presbytero sumatur , & alia quæ eodem die consecrata est in locum subrogetur , ne forte diutius reservata mucida , quod absit , fiat.

Vide Hug. Menard. in Notis ad lib. Sacramentorum pag. 378.

De oblatis , ut de sabbato in sabbatum innoventur. *Ex eodem.*

Burchard. lib. L X X I . Illud etiam adnectendum videtur, ut oblationes quæ in altari offeruntur , de sabbato in sabbatum semper innoventur : quia panes propositionis , qui super mensam Domini ponebantur , à sabbato in sabbatum semper mutabantur.

Ut chrisma semper sub sera sit. *Ibidem.*

Burchard. lib. L X X I I . Præterea & illud omnimodis observandum est , ut sacrum chrisma & oleum consecratum semper sub sera sit ; ne illud unde Christo incorporamur , & unde omnes fideles sanctificantur , unde Reges & Sacerdotes unctionuntur , aliquis infidelis aut immundus